UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè peragendi, & per ea salutem& perfectionem propriam, ac proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Luxuriosi.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54773

Visual Library

Pſ. 77. *Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.* Luc. 6. *Eſca ventri & venter eſcis; Deus autem & hunc & has deſtruet.* 1. Cor. 6. *Multi ambulant, quos ſæpè dicebam vobis inimicos Crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum, qui terrena ſapiunt, noſtra autem converſatio in cælis eſt.* Philip. 3. *Qui diligit epulas, in egeſtate erit, qui amat vinum & pinguia, non ditabitur.* Prov. 21. Nec temporaliter, nec ſpiritualiter. *Noli eſſe in conviviis potatorum, nec in commeſſationibus eorum: quia vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur.* Prov. 23. *Cui væ? & cujus patri væ? cui rixæ? cui foveæ? cui ſine cauſa vulnera? nonne his qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis?* Prov. 23. *Abſorpti ſunt à vino, erraverunt in ebrietate, neſcierunt videntem* (memoriæ Dei obliti) *ignoraverunt judicium. Menſæ repletæ ſunt vomitu, ſordiumque, ità, ut non eſſet ultra locus.* Iſ. 28 *Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas. Quicunque his delectatur, non erit ſapiens.* Prov. 20.

Luxurioſi.

Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Job. 21. *Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat.* Prov. 14. *Deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis.* Ephes. 4. Horrendum eſt, quàm fiat lapſus ex una ſorditie in alteram, quaſi deſperando, & remedia omnia reſpuendo.

Blaſ-